



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Aelii Spartiani Antoninvs Caracallvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

ratur, qui timetur, qui prestare publice possunt, qui possunt necare, qui proscribere. Se autem uiuū placere uelle, mortuum etiam laudari. Amavit de principibus Augustum, Vespasianum, Titum, Traianum, Pium, Marcum, reliquos foemineos uel uenenatos uocans. maxime tamē in historijs Marium & Camillū, Q. Macrinium Coriolanum dilexit. Interrogatus autem quid de Scipionibus sentiret, dixisse fertur, Felices illos fuisse magis, quā fortes: idēq; probare domesticam uitā & iuuetutem, quā in utroq; minus speciosa domi fuisse, apud omnes constat. Quod si rerum potitus fuisset, omnia correcturus fuerat, quā Seuerus uel non potuit emendare, uel noluit: & quidem sine crudelitate, imo etiam cum lenitate, sed re militari nō remissa & inepta atq; ridicula. Domus ei⁹ hodie Romae uisitur in campo Iouis, quā appellatur Pesceniani: in qua simulacrum eius in Trichoro constituit: statim post annum ex Thebaico marmore, quod ille ad similitudinem sui factum à rege Thebarum acceperat. Extat etiam epigramma Graecum, quod Latine hanc habet sententiam.

Aut hic uerba
supersunt,
aut aliqua
desunt.

Terror Aegyptiaci Niger astat militis ingens,

Thebaidos socius aurea saecula uolens,

Hunc reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma.

Hic Antoninis charus & imperio.

Nigrum nomen habet, Nigrum formauimus ipsi,

Vt consentiret forma Metalle tibi.

Quos quidem uersus Seuerus eradi noluit, cum hoc ei & Praefecti suggererent, & officiorum magistri, addens, Si talis fuit, sciant omnes qualem uicerimus. Si talis non fuit, putent omnes nos talem uicisse: imo sic fit, quia fuit talis.

AELII SPARTIANI

ANTONINVS CARACALLVS



X DVOBUS LIBERIS quos Septimius Seuerus reliquit, Getam & Bassianum: quorum unum exercitus, alterum pater dixit, Geta hostis est iudicatus: Bassianum autem obtinuisse imperium constat: de cuius maioribus frustra putamus iterandum, cum omnia in Seueri uita satis dicta sint. Huius igitur pueritia blanda, ingeniosa, parentibus affabilis, amicis parentum iucunda, populo accepta, grata Senatui, ipsi etiam ad amorem conciliandum salutaris fuit.

Non ille in literis tardus, non in beneuolentijs segniss, nō tenax in largitate, non lentus in dementia, sed sub parentibus, uisus. Deniq; si quando feris obiectos damnatos

dánatos uidit, fleuit aut oculos auertit: quod populo plus quàm amabile fuit. Septennis puer cum collusorem suum puerū, ob Iudaicam religionem grauius uerberatum audisset, neq; patrem suum, neq; patrem pueri uel autores uerborum diu respexit. Antiochensibus & Bizantijs interuentu suo iura uetusta restituit: quibus iratus fuit Seuerus, quod Nigrum iuuerant. Plautini odium crudelitatis causa concepit. Quæ à parētibus gratia sigillariorum acceperat, ea uel di-
 entibus, uel magistris sponte donauit. Sed hæc puer, Egressus uero pueritiam, Sigillaria.
 seu patris monitis, seu calliditate ingenij, siue quod se Alexandro Magno Macedoniae æquandum putabat: restrictior, grauior, uultu etiã truculentior factus est profusus, ut eum quem puerum scirent, multi esse nõ crederent. Alexandrum Magnū, eiusq; gesta in ore semper habuit. Tiberium & Syllam in cõuentu plerunq; laudauit. Patre superbior fuit. Fratrem magna eius humilitate despexit. Post patris mortem in castra pratoria pergens, apud milites cõquestus est, circumueniri se fratris insidijs, atq; ita fratrem in palatio fecit occidi. Eius corpus statim cremari præcepit. Dixit præterea in castris fratrem sibi uenenum parasse, matri eum inreuerentem fuisse: egitq; publice his gratias, qui eum occiderunt. Addidit deniq; his qui fidelioribus erga se erant stipendium. Pars militū apud Albã Getã occisum ægerime accepit, dicentibus cunctis duobus se fidẽ promississe liberis Seueri, duobus seruare debere: clausisq; portis diu imperator nõ admissus, nisi delinitis animis nõ solum querelis de Geta & criminationibus æditis, sed enormitate stipendij militibus, ut solet, placatis, atq; inde Romã redijt. Tunc sub ueste senatoria lorica habens, cum armatis militibus curiã ingressus est. Hos in medio inter subsellia duplici ordine collocauit, & sic uerba fecit. Questus est de fratris insidijs inuolute & incondite ad illius accusationẽ, sui uero excusationem: quod quidem nec Senatus libenter accepit, cum ille dixisset fratri se omnia permisisse, fratrem ab insidijs liberasse: & illum tamen sibi grauissimas insidias fecisse, nec uicem amori reddidisse fraterno. Post hoc relegatis deportatisq; reditum in patriam restituit: inde ad Pratorianos processit, & in castris mansit. Altera die Capitolium petijt: eos quos occidere parabat, affabiler est locutus: innitẽsq; Papiniano & Giloni, ad palatium redijt. Cum flentem matrem Getæ uidisset, aliasq; mulieres post necem fratris, mulieres occidere conatus est. Sed ob hoc retẽtus, ne augetetur fratris occisi crudelitas. Lætum ad mortẽ coegit, misso à se ueneno: ipse enim inter suafores Getæ mortis primus fuerat, qui & primus interemptus est. Ipse mortẽ eius sapissime fleuit. Multos qui cædis eius cõscij fuerant, interemit, eumq; & imaginẽ eius honorauit. Post hoc fratrem patrualem Afrum, cui pridie partes de cœna miserat, iussit occidi. Qui cum se præcipitasset percussorum timore, & ad uxorem crure fracto ereplisset, tamen per ludibrium percussoribus deprehensus est & occisus. Occidit etiã Pompeianum Marci nepotem ex filia natum, & ex Pompeiano cui nupta fuerat Lucilla, post mortem Veri imperatoris, quem & consulem bis fecerat, & omnibus bellis præposuerat, quæ grauissima tunc fuerunt: & ita quidem ut uideretur à latronibus interemptus. Deinde in conspectu eius Papinianus

securi percussus, à militibus occisus est: quo facto percussori dixit, Gladio te ex equi oportuit meū iussum. Occisus est etiam eius iussu Petronius ante templū diuī Pij, tractāq; sunt eorum per plateam cadauera sine aliqua humanitatis reuerentia. Filium autē Papinianū qui ante triduum quæstor, opulentum munus ædiderat, interemit. Iisdem diebus occisi sunt innumerī, qui fratris eius partibus fauerant. Occisi etiā liberti, qui Getæ administrauerāt. Cædes deinde in omnibus locis, & in balneis factæ. Occisq; nōnulli etiam cœnantes, inter quos etiam Sammoniacus Serenus, cuius libri plurimi ad doctrinam extant. In summum discrimen etiam Chilo iterū præfectus & consul uenit, ob hoc quod cōcordiam inter fratres suaserat. Et cū idem Chilo sublata ueste senatoria, nudis pedibus ab Vrbanicis raptus esset, Antoninus seditionem compressit. Multas præterea postea cædes in urbe fecit, passim raptis à militibus, nonnullis hominibus & occisis, quasi seditionem uindicās. Aelium Pertinacem susceptum COS. ob hoc solum quod filius esset imperatoris, occidit. Neq; cessauit unq; sub diuersis occasionibus eos interficere, qui fratris amici fuissent. Sæpe in Senatum, sæpe in populum superbe inuectus est, aut edictis propositis, aut orationibus edictis, Syllam se etiam ostendens futurum. His gestis Galliam petijt, atq; ut primum in eam uenit, Narbonensem proconsulem occidit. Cunctis deinde turbatis qui in Gallia res regebant, odium Tyrānicum meruit, quāuis aliquando fingeret se benignū, cum esset natura truculentus. Et cum multa contra homines & contra iura ciuitatum fecisset, morbo implicitus grauius laborauit. Circa eos qui eum curabant, crudelissimus fuit. Deinde ad orientem profectionem parās, omisso itinere in Dacia resedit. Circa Rhetiā nō paucos Barbaros interemit: militesq; suos quasi Syllæ milites, & cohortatus est & donauit. Deorum sanè se nominibus appellari uoluit, quod Commodus fecerat: cum illi eum quod leonē, aliasq; feras occidisset, Herculem dicerēt. Et cum Germanos subegisset, Germanicum se appellauit, uel ioco, uel serio, ut erat stultus & demens, asserens si Lucanos uicisset, Lucanicum se appellandum. Dammati sunt eo tempore, qui urinam in eo loco fecerunt, in quo statuae aut imagines erant principis: & qui coronas imaginibus eius detraxerant ut alias ponerent. Dammati sunt & qui remedia quartanis, tertianisq; collo annexa gestarent. Per Thracias cū Præfec. præf. iter fecit: inde cum in Asiam trajceret, naufragij periculū adiit antemna fracta, ita, ut in scapham cum protectoribus descenderet. Vnde in triremem à Præfec. classis receptus, euasit. Exceptit apros frequenter, contra leonem etiam stetit: quo etiam missis ad amicos literis, gloriatus est: seq; ad Herculis uirtutem accessisse iactauit. Post hoc ad bellum Armeniacum, Parthicumq; conuersus, ducem bellicum qui suis competeat moribus fecit. Inde Alexandriam petijt, in gymnasium populum conuocauit, eumq; obiurgauit: legi etiam ualidos ad militiam præcepit. Eos autem quos legerat, occidit exemplo Ptolemæi Evergetis, qui octauus hoc nomine appellatus est. Dato præterea signo militibus ut hospites suos occiderent, magnam cædem Alexandriæ fecit. Dehinc per Gadusios & Babylonios ingressus, tumultuarie cum Parthorum satrapis manum cōtulit, feris etiam bestijs in hostes

Facere urinam.

stis in hostes immisissis. Datis ad Senatum quasi post uictoriã literis, Parthicus appellatus est: nam Germanici nomẽ patre uiuo fuerat cõsecutus. Deinde cum iterum uellet Parthis bellum inferre, atq; hybernare Aedessã, atq; inde Carras. Aedessa. Luni dei gratia uenisset, die natalis sui VIII Idus April. ipsis Megalensibus cum ad requisita naturæ discessisset, insidijs à Macrino Præfec. præc. positis, qui post eum inuasit imperium, interemptus est. Conscij cædis fuerunt Nemesianus & frater eius Apollinaris. Reanusq; qui Præfec. legionis secundæ Parthicæ militabat, & qui equitibus extraordinarijs præerat, nõ ignorãtib; Martio Agrippa qui dacti præerat: & præterea plerisq; officialiũ impulsu Martialis. Occisus est autem in medio itinere inter Carras & Aedessã, cum leuandæ uesticæ gratia ex equo descendisset, atque inter protectores suos coniuratos cædis ageret. Deniq; cum illum in equum strator eius leuaret, pugione latus eius confodit: condamatumq; ab omnibus est, id Martialem fecisse. Et quoniam dei Luni fecimus mentionem, Sciendum doctissimis quibusq; id memoriæ traditum: atq; ita nunc quoq; à Carrenis præcipue haberi, ut qui Lunam scemineo nomine ac sexu putauerit nũcupandam, is addictus mulieribus semper inferuit. At qui uero marem deum esse crediderit, is dominetur uxori, neq; ullas muliebres patitur insidias. Vnde quãuis Græci uel Aegyptij eo genere quo sceminã hominem etiam Lunam deam dicant, mystice tamen deum dicunt. Scio de Papiniani nece multos ita in literas retulisse, ut cædis non adsciuerint causam, alijs alia referentibus: sed ego malui ueritatem opinionũ ædere, quã de tanti uiri cædere reticere. Papinianum amicissimum fuisse imperatori Seuero, & ut aliqui loquuntur, affinem etiam per secundam uxorem, memoriæ traditur: ad hoc præcipue utrunq; filium à Seuero cõmendatum, eumq; cum Seuero professum, sub Seuoia & Seuero in aduocatione Fisci successisse, atq; ob hoc cõcordiam fratrum Antoninorũ fouisse, egisse quin etiam ne occideretur, cum iam de insidijs eius Bassianus quereretur: atq; ideo unã cum his qui fautores fuerant Getæ, à militibus, non solum permittente, uerum etiam suadente Antonino, occisum. Multi dicunt Bassianum occiso fratre illi mandasse, ut & in Senatu per se & apud populũ facinus dilueret, illum autem respondisse, Nõ tam facile paricidium excusari posse, quã fieri. Est etiam hæc fabella, quod dictare noluerit orationẽ qua inuehendũ erat in fratrem, ut causa eius melior fieret qui occideret, illum autem negantẽ respondisse. Aliud est paricidiũ, aliud accusare innocentẽ occisum. Sed hoc omnino nõ conuenit: nam neq; Præfec. poterat dictare orationẽ, & constat eum quasi fautorẽ Getæ occisum. Et fertur quidẽ, Papinianus cum raptus à militibus ad palatiũ traheretur occidendus, prædiuinasse, dicentẽ, Stultissimũ fore qui in suũ subrogaretur locum, nisi appetitam crudeliter præfecturã uindicaret. Quod factum est: nam Macrinus occidit, ut supra exposuimus, qui cum filio factus in castris imperator, filium suũ qui Diadumenus uocatus, Antoninũ uocauit. idcirco quod à Prætorianis militũ Antoninus desideratus est. Bassianus uixit annis XLIII. Imperauit annis VI. Publico funere elatus est. Filium reliquit qui postea & ipse M. Antoninus Heliogabalus est dictus: Ita em̃ nomẽ Antoninorum

Lunus, pro luna.

Papinianus mors.

Mechanici.
Caracallus
unde.

Hæc scelera/
ta uox nunc
assidue occi-
ditur aurib⁹
regum etiã a
Theologis.

Gotti, ijdem
Geta.

minorum inoleuerat, ut uelli ex animis hominũ non posset: quod omnium peccora uelut Augusti nomẽ obsederat. Fuit male morigeratus, & patre duro crudelior. Auidus cibi, uini etiã appetens, suis odiosus, & præter milites Pratorianos omnibus castris exosus: prorsus nihil inter fratres simile. Opera Romæ reliquit Thermas nominis sui eximias: quarum cellam solearem architecti negat posse ulla imitatione qua facta est, fieri. Nam & ex ære uel cupro cancelli superpositi esse dicuntur, quibus cameratio tota concredita est: & tantũ est spatij, ut id ipsum fieri negent potuisse docti mechanis. Reliquit & porticum patris nomine, quæ gesta illius contineret, & triumphos, & bella. Caracalli nomẽ accepit à uestimento quod populo dederat demisso usque ad talos, quod ante non fuerat: unde hodiẽq; Antoniniana dicunt Caracallæ. Huiusmodi in usu maxime Romanæ plebis frequentata. Idem uiam nouam muniuit, quæ est sub eius Thermis, Antoninianis scilicet, qua pulchrius inter Romanas plateas non facile quicquam inuenias. Sacra Isis Romã deportauit, & templa ubiq; magnifice eidem deæ fecit. Sacra etiã maiore reuerentiã celebrauit, quã ante celebrabantur. In quo quidem mihi mirum uidetur, quemadmodum sacra Isis primũ per hunc Romanam uenisse dicantur. Cum Antoninus Commodus ita ea celebrauerit, & ut Anubin portaret & Pausa sederet: nisi forte iste addidit celebritati, non eam prius inuexit. Corpus eius Antoninorum sepulchro illatum est, ut ea sedes reliquias eius acciperet, quæ nomen addiderat. Interest scire quẽadmodum noueram suam Iuliam uxore duxisse dicatur. Quæ cum esset pulcherrima, & quasi per negligentiam se maxima corporis parte nudasset: dixissetq; Antoninus, Vellem si liceret, respondisse fertur, Si libet, licet, An nescis te imperatorem esse, & leges dare, non accipere? Quo audito, furor inconditus ad effectum criminis roboratus est: nuptiasq; eas celebrauit, quasi sciret se leges dare, cum uere solus prohibere debuisset. Matrem enim (non alio dicenda erat nomine) duxit uxorem ad paricidium iunxit incestum. Siquidem eam matrimonio sociauit, cuius filium nuper occiderat. Non ab re est etiã diasyrcticum quoddã in eum addere dictũ. Nam cũ Germani & Parthici & Arabici & Alamanici nomen ascriberet: nam Alamanorum gentem deuicerat. Heluius Pertinax filius Pertinacis dicitur ioco dixisse, Adde si placet etiam Geticus maximus, quod Getam occiderat fratrem, & Gotti Getæ dicerentur: quos ille dum ad orientem transit, tumultuarijs prælijs deuicerat. Occidendi Getæ multa prodigia extiterunt, ut in uita eius exponemus. Nam quãuis prior ille è uita excesserit, nos tamen ordinem secuti sumus: ut qui & prior natus est, & qui prior imperare cœperat, prior scriberet. Eo sanè tempore quo ab exercitu appellatus est Augustus uiuo patre quod ille pedibus æger gubernare non posse uideretur imperium, contusis animis militum & Tribunorum, Seuerus dicitur animo uolutasse, ut & hunc occideret, nisi repugnassent Præfecti eius graues uiri. Aliqui contra dicunt, Præfecum uoluisse id fieri, sed Septimium noluisse, ne & seueritas illius, crudelitatis nomine inquinaretur. Et cum autores criminis milites fuerint, adolescens stultæ temeritatis poenas lueret, tã grauis supplicij titulo, ut à patre uideret occisus. Hic tamen omnium durissimus

durissimus: & ut uno complectamur uerbo, paricida & incestus patris, matris, fratris inimicus, à Macrino qui eum occiderat, timore militum, ac maxime prætorianorum, inter deos relatus est. Habet templum, habet Salios, habet Sodales Antonianos, qui Faustinae templum quod ei sub Tauri radicibus fundauerat maritus: in quo postea filius huius Heliogabalus Antoninus sibi, uel Ioui Syrio, uel Soli (incertum id est) templum fecit.

AELII SPARTIANI

ANTONINVS GETA

AD CONSTANTINVM
AVGVSTVM.

ICIO CONSTANTINE AVGVSTE & multos & clementiã tuam quæstionem mouere posse, cur etiã Geta Antoninus à me tradat. De cuius priusquã uel uita uel nece dicã, disseram cur ipsi Antonino à Seuero patre sit nomẽ appositum. Neq; enim multa in eius uita dici possunt, qui prius rebus humanis exemptus est, quã cum fratre teneret imperiũ. Septimius Seuerus quodam tempore cum cõsuluisset ac petisset, ut sibi indicaret, quo esset successore moriturus. In somnis uidit Antoninum sibi successurum. Quare statim ad milites processit, & Bassianum filium maiorem natu, M. Aurelium Antoninũ appella uit. Quod cum fecisset, & paterna cogitatione, uel ut quidã dicunt, à Iulia uxore cõmonitus, quæ gnara erat somni, quod minori filio hoc factõ ipse interclusisset aditum imperandi: etiã Getam minorẽ filium Antoninũ uocari iussit. Itaq; semper ab eo in epistolis familiaribus dictus est Antoninus, cũ si forte abesset, scriberet, Salutate Antoninos filios & successores meos. Sed nihil ualuit patris matrisue cautio: nam solus ille successit, qui primus Antonini nomẽ accepit. Et hæc de Antonini nomine. Geta autẽ dictus est, uel à patruï nomine, uel aui paterni: de cuius uita & moribus in uita Seueri Marius maximus primo septenario satis copiose retulit. Fuit autem Antoninus Geta etiã ob hoc ita dictus, quod in animo habuit Seuerus, ut omnes deinceps principes quẽadmodum Augusti, ita etiã Antonini dicerentur: atq; amore Marci uel fratrem suum semet dicebat, & cuius philosophiã, literarumq; institutionẽ semper imitatus est. Dicunt aliqui non in Marci honorem tantũ Antonini nomini delatũ, cum id Marcus adoptiuõ habuerit, sed in eius q Pius cognominatus, Hadriani scilicet successoris: & quidẽ ob hoc, quod Seuerũ ille ad Fisci aduocationem delegerat ex formula forensi, cum ad tantos processus ei paruisset dati ab Antonino primi gradus uel honoris auspiciũ: simul quod nemo ei uidetur felicior imperator ad com-